



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.15. Viri Sancti in Magna Britannia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

Sæculum VI. fulam Barsam se recipiens multis adhuc  
A.C. 566. annis superstes plurimorum Monachorum  
 Cœnobium rexit.

## §. XV.

*Viri Sancti in Magna Britannia.*

*Boll. 29.*  
*Jan. to. 2.*  
*p. 952.*  
*Act. SS. to.*  
*I. p. 138.*

*Specil. to. 9.*  
*præf. bibl.*  
*PP. to. 5.*  
*p. 477.*

**S**anctus Gildas cognomento Sapiens a-  
 lius S. Heltutii Discipulus anno circi-  
 ter 484. Britannoduni in Scotia natus,  
 Presbyter Verbum Dei prædicavit in  
 Provincia Septentrionali Magnæ Britan-  
 niæ, & deinde in Hybernia, quo Fidei &  
 Disciplinæ puritatem reduxit. Tandem  
 in Galliam delatus, in ora Meridionali  
 Britanniæ minoris Sede electa prope Ve-  
 netiam, Monasterium Busiense, quod ho-  
 dieque ab ejus nomine dicitur, ædifica-  
 vit, ibique anno 565. diem clausit. De  
 S. Gilda supersunt nobis aliquot Cano-  
 nes ad Disciplinam pertinentes, & Ser-  
 mones duo de Magnæ Britanniæ occasu.  
 In primo Sermone deflet calamitatem  
 Patriæ suæ Anglo-Saxonum Victorum  
 jugum subeuntis, quod ipsius ætate con-  
 tigerat. Hujus Ruinæ causam Gentis  
 suæ corruptissimos mores fuisse dicit.  
 Oratione ad quinque Principes Constan-  
 tinum, Aurelium, Conanum, Vortipo-  
 rem, Cuneglam & Maglocunum, qui  
 tunc Britanniæ imperabant, speciatim  
 directa, singulis sua vitia exprobrat, &  
 ad Pœnitentiam excitat, ea animi libertate  
 &

& dictio[n]is vehementia, quam Lectores Sæculum VI.  
merito obstupescant. Sermo secundus A. C. 566.  
Exhortatoria Oratio est ad Clericos Ma-  
gnæ Britanniæ eodem vigore plenissima.  
Eos ignorantia, teporis, avaritia, imo &  
Simonia, arguit.

S. Gildas dulci amicitia vinculo jun- *Boll. I. Febr.*  
gebatur S. Birgittæ Virgini & Abbatissæ, *to. 3. p. 99.*  
inter Sanctas in Hybernia Fœminas ce- *p. 114. n. 94.*  
lebratissimæ. Ea fundavit plura Mona-  
steria & præprimis Kildariense septem  
milliariis Dublinio distatum, quod sequen-  
te tempore Sedes Episcopalis evasit. Plu-  
rima ab ea edita Miracula narrantur, at-  
que ipsa anno 523. mortem oppetiisse cre-  
ditur. Ecclesia memoriam ejus prima *Mart. Rom.*  
Febr. colit. *I. Febr.*

Illa quoque tempestate S. Columba  
seu Columbanus Senex Presbyter & Ab-  
bas in vivis degebat. Is, cum Justinus II.  
Imperium auspicaretur, ex Hybernia in *Beda III.*  
Magnam Britanniam trajecerat, Fidem *hist. c. 4. &*  
prædicaturus Pictis Septentrionalibus, *5. c. 10.*  
quos a Pictis ad meridiem habitantibus  
horrida montium juga dividebant. Pi-  
cti vero Meridionales diu ante Fidei lu-  
cem acceperant prædicante S. Ninia ex  
Britonum Gente Episcopo, postquam ipse  
veræ Fidei Dogmata Romæ haussisset.  
Obiit anno 432. Ovitherni in Scotia, ubi  
Sedem Episcopalem fixerat. Ecclesia *Mart. Rom.*  
Memoriam ejus 16. Sept. colit. S. Co- *16. Sept.*  
lumba,

Sæculum VI. lumba, priusquam in Britanniam fuisset  
 A.C. 566. delatus, celebre Monasterium Derma-  
 cense fundaverat, & post transitum alte-  
 riūs Monasterii priore illustrioris in exi-  
 gua Insula, quam Hyam seu Huam dice-  
 bant, Hyberniæ ad Septentrionem, &  
 Scotiæ ad Occidentem posita, Auctor  
 extitit. Ex his Monasteriis plura alia in  
 Hybernia & Britannia nata sunt, quorum  
 omnium Princeps ac Caput Monaste-  
 rium Hyanum seu illius Gentis vernacula  
*Ycolmkil* semper fuit, istud regebat  
 Presbyter & Abbas, cui tota Provincia  
 atque rarissimo exemplo ipsi etiam Epis-  
 copi suberant; id nempe S. Columbae  
 Fundatoris sui, qui non Episcopus sed  
 simplex Sacerdos fuerat, honori dabant.  
 Ipsius Successores abstinentia singulari  
 exacta Regulæ observantia & ferventi in  
 Deum charitate claruerunt. Verum in  
 re una a coeteris Ecclesiis discrepabant,  
 scilicet in Celebration Paschatis, cum  
 enim a reliquis Mundi partibus tantum  
 distarent, nemo ad eos Conciliorum hac  
 vit. n. 16. to. 1 super causa Decreta detulerat. (\*) S.  
 Att. Ben. columba, ex quo in Britanniam navigave-  
 p. 364. rat, annos 34. exegit obiitque anno 598.  
 Die

(\*) Forte etiam alia subfuit causa. Quia de  
 re Lector ex iis, quæ secunduris annis occurrent,  
 judicabit.

Die Lunæ nona Junii, qua Ecclesia ejus Sæculum VI.  
Memoriam honorat.

A.C. 566.

## §. XVI.

*Martyr. 9.**S. Radegundis Initia.**Jun.*

**P**atres secundi Concilii Turonensis advit. per For-  
 tun. Att. SS.  
 estque operæ pretium, ut, qua occasione Ben. p. 319.  
 id factum, enarremus. Radegundis Ber-  
 tharii Regis Thuringorum filia adhuc  
 puellula in bello a Francis capta ita de-  
 cernente fortuna in potestatem Clotarii  
 Regis tradita est, qui pro conditione Re-  
 giæ stirpis educatam, ubi ad nubilem æ-  
 tatem pervenit, Conjugem accepit. Jam  
 ex eo tempore Radegundem eximiæ vir-  
 tutes commendabant, munificentia in  
 pauperes, oratio assidua, longa jejunia.  
 Tota Quadragesima occulto cilicio sub Greg. III.  
 pretiosissimis vestibus in duebatur. So-  
 hyst. c. 7.  
 lebat Rex dicere, Monialem se non Re-  
 ginam duxisse, & sæpe cum ea jurgari,  
 quod devotula videri vellet. Accidit,  
 ut Rege jubente Radegundis frater inno-  
 cens interficeretur; ipsa arrepta occa-  
 sione dimitti rogans Clotario consentien-  
 te Noviodunum concessit, a S. Medardi  
 manibus habitum Monasticum acceptu-  
 ra. S. Præsule recusante, quod esset Ma-  
 trimonio alligata, & repugnantibus Re-  
 gni Magnatibus, se ipsam habitu sancto  
 induit, & S. Medardum urgere non de-  
 siit,